

& magis videtur cœpisse facere testamentum, quam fecisse; & in hoc casu, cum non fuisset consummatum, præcisè incidendum est in eandem questionem, an scilicet possit sustineri ut nuncupativum, cum perfectionem in scriptis non habuisset, & in casu, quo sustineri possit ut nuncupativum, an voluntas fuisset vel non perfecta; unde coniecturis quibus testamentum nuncupativum designatur perfectum ratione voluntatis eisdem in hoc casu arguendum est.

28 Si de testamento nuncupativo loquamur, de quo loquitur textus in d.l. si quis cum testamentum; ut patet ex verbis, sibi: *Primis heredibus nuncupatis*, distinguendum etiam est; aut enim loquimur de testamento nuncupativo sine scriptura, aut de testamento de quo facta est scriptura, ut distinguunt. Tellus Fernandez in l. 3. Tauri, 2. part. nu. 19. Castillo d.c. 21. n. 58. si sumus in terminis testamenti merè nuncupativi sine scriptura, ad sciendum an sit perfectum vel non testamentum ratione voluntatis, & an voluntas fuisset perfecta vel non, decurrendum

est ad testium depositiones; testes equidè deponere possunt, an testator habuisset vel non dispositionem ut perfectam, ut si dixisset omnia, que voluit, nihil pro tunc dicitur, an aliquid adijcere voluit, quod morte vel alio impedimento præventus exprimere, & nuncupare non potuit, de quo infra cap. 16. ubi omnino videndum est.

29 Si tamen de testamento nuncupativo facta est scriptura, supposita regula generali supra tradita, scilicet quod testamentum in dubio præsumitur perfectum, sunt aliquæ coniecturæ, ex quibus dignoscitur perfectum testamentum; una est, quando scriptura testamenti continet clausulam illam conclusivam *actum coram me, & testibus*, præsumitur enim testatorem habuisse testamentum pro perfecto, & absoluto, ex quo tabelione apposuerit dictam clausulam. Sic Bartolus in d.l. si quis n. 3. & ibi Paul. de Cast. n. 3. idem in conf. 306. lib. 1. Bald. in Authet. quod sine n. 1. C. de testamentis Iason cōf. 8. col. 1. lib. 3. Ruinus conf. 159. n. 11. & 13. lib. 4. Menoc. lib. 4. præf. 5. n. 3. & cōf. 224. n. 1. & 2. Cagnol. in l. si librarius n. 71. ff. de regulis iuris, Gual-

Gualdensis de arte testandi tit. de testamentis cautela 11. sub nu. 6. Covarrubias in cap. relatu 3 2 1. de testamentis n. 11. Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 4. n. 7. Petrus Magdalen. de numero testium, 2. p. c. 5. n. 18. Castillo d.c. 21. n. 62. Petrus Surdus conf. 414. n. 79. lib. 3. cōf. 187. n. 4. Olivar. decis. 902. n. 2. Mascard. de probationibus concl. 1358. n. 86. Fontan. de paradisi nuptialibus tom. 2. claus. 13. glos. vnic. n. 5. Marta de clausulis part. 1. in clausula actum, & voto 8. n. 14. Barbosa de clausulis claus. 1. n. 1. Flores de Mena lib. 1. quest. 1. n. 43.

30 Altera coniectura, ut dicatur testamentum perfectum est, si signum tabelionis appositum sit in illo, nam denotat illud habitum pro perfecto, & voluntatem testatoris integrè completam. Sic Baldus conf. 158. vol. 2. Card. Zabarella conf. 33. n. 2. & 3. Covarrubias d. n. 11. vers. Prima equidem. Mascardus d. nu. 86. in fine. Marta de succes. legal. to. 2. part. 4. q. 2. art. 2. n. 5. Quia est quidam terminus dispositionis redactæ in scripturam, sicut termini lapidei sunt fines agrorum. Sic ex multis Castillo n. 63. & 64. ubi concludit, idem esse quando no-

tarius, asserit se rogatum, & apposuit diem, quia ambo significant rem perfectam; vel postquam testator totam suam voluntatem coram notario, & testibus expresserat, licentiat eos, videtur enim habere testamentum pro perfecto, Paulus de Castro in d.l. si quis cum testamentum n. 6. Buratus decis. 475. n. 10. prout idem quando post instrumentum confectum partes ad actus extraneos divertunt, sic ex Glossa, Cino, Fulgoso, Saliceto, Alexandro, Decio, Covarrubia, Tiraquello, & alijs annotavit Magdalena, 2. part. cap. 5. num. 19. & 20.

31 Est etiam præsumptio, ut testamentum nuncupativum de quo facta est scriptura, dicatur perfectum, hæredis institutio; eo enim, quod testator hæredem sibi instituit, testamentum perfectum ratione voluntatis habetur, quia institutio hæredis capit, & præcipua pars testamenti est, & ultimum quod poni solet in illo. Sic in terminis Menchaca de succes. creat. lib. 3. §. 22. nu. 6. in fine. Gaspar Antonius Thesaurus quest. forens. lib. 4. questio 28. nu. 15. Gratianus, cap. 550. n. 40. tom. 3. Simon de Præcis de interpra.

ultim. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubit. 3. fol. 5. num. 35. vbi testamentum perfectum fuit ex eo, quod testator incepit illud facere, & heredem instituit, infirmitate gravatus obmutuit, & non perfecit; sed postea cum melioraretur parvulum, dixit se contentum fore, quia testamentum conditum habebat, & heredem institutum.

36 Quæ testatoris confessio altera est coniectura ad perfectionem testamenti, & voluntatis inducendam; certum enim est, quod ex dictis, & gestis à testatore ex intervallo post factum testamentum declaratur eius voluntas. Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 3. Socinus Iunior conf. 167. num. 11. & 20. vol. 2. & conf. 32. num. 12. vol. 4. Alciatus conf. 57. num. 49. vol. 1. Decianus conf. 534. in fine. Surdus conf. 414. num. 66. Farinacius in posthumis decis. 76. num. 13. vol. 1. Et probatur in l. sed Iulianus. §. proinde, ff. ad Maced. l. cū quis. C. de nat. liber. quia actus perfecti recipiunt formam declaratoriam Baldus in l. precibus n. 10. C. de impub. substit. Item nominatio executorum testamenti indicat perfectionem testamē-

ti. Ruinus conf. 13. lib. 2. nu. 19. Gratianus, dict. cap. 550. n. 19. Guzman veritat. iur. 15. n. 21. Defumitur etiam coniectura, ut testamentum dicatur perfectum, quando dispositio convenit cum voluntate iam ab ipso testatore prolata, ut ex decisione Rotæ. 173. num. 1. notat Menochius lib. 4. præf. 5. num. 3. circa finem Castillo dicto cap. 21. num. 48. Socinus Iunior conf. 32. vol. 4. num. 10. & 11. Ruinus conf. 192. nu. 5. & 9. vol. 2. Surdus d. conf. 414. nu. 55. & 56. & n. 64. cuius vera ratio est; quod verba prius prolata probant qualis fuerit intentio disponendi l. labeo, §. idem Tubero, ff. de supel. legat. l. nepos proculo circa mediū ff. de verb. signifi. Decius in l. semper instipulationibus, col. 1. ff. de regu. iur. Craveta conf. 35. n. 6. & ex verbis prolatis arguitur animus disponendi l. fulcinus, §. quid solatitare, ff. de doli except. Et regulariter ex præcedentibus declarantur sequentia, l. si fuerint §. fin. ff. de reb. dub. cū vulgatis, de quibus Velasco Axiomat. iur. lit. P. num. 126. Et ad huiusmodi testatoris declarationem probandam, si præcesserit testamentum, aut ex post facto fuerit facta, duo

duo testes sufficiunt etiam si rogati non sint, Bartolus in l. 2. ff. de vulgari num. 39. vbi Ripa, & alij Baldus, & Immola in l. cum proponebatur. ff. de legatis. 2. Ruinus conf. 192. n. 5. Surd. cōf. 414. n. 67. Mantica lib. 5. tit. 14. nu. 11. & 12. & tit. 15. n. 9. Et alij relati infra cap. 22. n. 2. cum seqq.

41 Denique ex testamento imperfecto seu revocato sumitur voluntatis interpretatio, & coniectura ad declarationem secundi. Decius conf. 115. n. 5. Corneus conf. 275. n. 5. lib. 4. ex Bart. Ripa, & alijs Fontanella decis. 89. à n. 9. Seraphinus de privilegijs iuramenti privil. 1. n. 54. Castillo lib. 5. cap. 108. per totum, quia testamentum nullum probat voluntatem, l. fin. ff. de rebus eorū, Marzarius conf. 63. n. 9. Laurentius de Pinu, conf. 6. nu. 13. Curtius Iunior conf. 71. nu. 4. in 1. part. Mar. Riminald. cōf. 233. n. 10. vol. 2. Castillo latè d. cap. 108. Flores de Mena in addit. ad decis. Gamma 153. n. 3. sed non in vim dispositionis, sed declarationis tantum, ut supra cap. 6. scriptum est, verum contradicta ex n. 35. insurgit post hæc scripta Guzmā veritat. iur. 15. n. 22. vbi inquit, quod post l. 1. tit. 4. lib. 5.

Recop. cessat penitus opinio quod per institutionem heredis probetur testamenti perfectio, siquidem hodie non est necessaria ad testamenti valorem, sed presumptio dicta, quæ resultat ex heredis institutione, & alijs, hæc vsq; relatæ procedūt absq; dubio, quia decisione regia, ut iuris communis correctoria, non comprehenduntur, quæ in hoc capite proponuntur de perfectione voluntatis, quæ in omni testamento adeo necessaria est, ut sine illa invalidum sit testamentum, decisio autem legis Regiæ, ut valeat testamētū sine institutione heredis loquitur in casu claro, vbi testator complevit, & absolvit testamentum, non vbi non perfecit, & est, locus coniecturis nam ibi ad iuris præsumptiones recurrēdum est, ut satis patet ex his, quæ hoc in capite referuntur, & etiam infra cap. 16. D. Castillo lib. 4. cap. 21. num. 31.

43 Ex quibus autē coniecturis testamētū de quo facta est scriptura presumatur imperfectum, magis dubium est, & Tell. Ferdinand. in l. 3. Tauri, 2. part. nu. 19. secutus à Castillo d. cap. 21. n. 58. tenet,

quod ex non perfectione scripturæ; hoc est quando non est absoluta: quia tunc magis cœpisse ut testamentum faceret, quam fecisse, creditur; sed huiusmodi coniectura minimè procedit in casu, quo ob impedimentum superveniens testator non perfecit testamentum, nam non inferitur, non perfecit, ergo imperfecta est voluntas, & testamentum ratione illius imperfectum, quia cum perficere non potuisset, non attenditur perfectio scripturæ, sed voluntatis integræ declaratio, & manifestatio, quæ perfectio voluntatis dicitur. Ultra hunc casum ex non perfectione scripturæ imperfectionis voluntatis rectè sumitur coniectura, cum benè inferatur, non perfecit testamentum cum potuit, ergo voluntas illius non fuit perfecta, si enim fuisset, perficeret.

44 Altera coniectura traditur à Doctoribus, ut testamentum imperfectum dicatur: nempe quando non continet clausulam illam *Actum*, sed rejicitur doctè à Menochio *d. cōf. 224. num. 34.* ubi non esse bonam consequentiā (inquit) clausulam *Actum* significat perfectionem: ergo sine ea actus

non est perfectus. Est enim verius, adum dici posse perfectum, tamen clausula illa non fuerit adscripta, præterea, & secundo respondetur ab eodem Menochio, clausulam hanc nihil ad actus perfectionem pertinere: cum esse possit, quod illa fuerit adscripta, & tamen testator non habuerit dispositionem suam pro perfecta, & absoluta, sed voluerit aliquid addere, ut in specie respondit Cornepus *cōf. 226. lib. 3.* idem Menochius *conf. 42. num. 15.*

45 Præcipua coniectura, ut testamentum dicatur imperfectum, quando de ipso facta habetur scriptura, est, quando ex tenore illius deducitur, testatorē dispositionē suam non habuisse ut completam, vel perfectam, ut quia cœpit ponere clausulam, quam non perfecit, prosequi tamen intendit: vel omnino non firmavit in prolatis, vel dispositis, tunc ergo cum testatis manifesta non sit intentio, nec voluntas perfecta est. Sic Bartolus in *d. l. si quis cū testamentum num. 3.* Castrensis *conf. 307. lib. 1.* Iason *conf. 155. ex n. 5. lib. 4.* Decius *conf. 488. ex n. 10.* Anania *conf. 57. circa mediū vers. facit etiam Ruinus conf. 7. num.*

*num. 7. lib. 3.* Immo *conf. 91.* Cephalus *conf. 179. num. 1.* & *8. lib. 1.* Grammaticus *decif. 62.* Surdus *decif. 292. ex num. 11.* Simon de Prætis *lib. 2. solut. 1. num. 37.* Alvaradus de cōiecturata mente defuncti *lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 14.* Castillo *d. cap. 21. num. 5.* & *51.* Gratianus *disceptat. forens. cap. 220. num. 28.* & *cap. 550. a num. 49.* Mascardus de probationibus *tom. 1. conclus. 4. num. 4.*

46 Hoc maximè patet, quando post unum vel plura disposita, à quibus testator inchoaverat facere testamentum, subiicit verbum dispositivum cum præcedenti dictione repetitiva, puta *item volo* vel *hoc amplius volo*, & cōfestim obmutuit, vel ulterius procedere nequivit: nā his, & similibus casibus satis apertè constat de imperfectione voluntatis testantis;

sic ex Baldo, Dino, & immola, Petrus de Peralta videndus in *l. si quis in principio num. 41. ff. de legat. 3.* Castillo *n. 52.* ubi commendat Ruinū *conf. 15. per totum lib. 2.* Prætis *d. lib. 2. solut. 1. n. 43.* & *44.* quia prosequendi animus, & impedimentum manifestè patet, cū vis utriusque dictionis sit continuare, Barbol. de dictionibus, *dict. 23. n. 4.* & *dict. 159.* in hac coniectura, quæ præcipua, & generalis est, includitur casus, quando testator legare voluit, & cum poneret clausulam ad illud, non perfecit: vel quando tutores nominare voluit, aut condiciones adiscere decrevit, & cum incepit dicere non potuit, & similia, quæ quia prolixum foret hic describere, capitibus sequentibus continentur.

